

Antonellus de Petrutiis

37

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Antonellus de Petrutiis

37

1471

Antonellus de Petrutiis, regius secretarius ac consiliarius, utilis dominus civitatis Policastri, universis et singulis, tam presentibus quam futuris, presentis assensus seriem inspecturis subiectorum meorum compendiis ex affectu benigne caritatis accedo, quo fit ut ipsorum petitionibus honestis assensus facile prebeam.

1

Sane nuper pro parte nobilis viri Iohannis Brancati de Turri de civitate predicta Policastri, ob eius virtutes et grata servitia mihi plurimum dilecti, fuit reverenter expositum quemadmodum superioribus his diebus ipso Ioanne et Nicolao Cossa de Iscla, habitatore civitatis Suesse, in testimonio puplico constitutis, dictus Nicolaus asseruit se habere, tenere et possidere per se vel per alium ipsius, nomine immediate et in capite a mea curia dicte civitatis, sub certo feudali servitio et adoha paris unius chirotecarum et paris alterius de sonaliis ereis pro acciprite seu sparverio ipsi mee curie debendo pacifice et quiete, iuste et rationabiliter et pleno iure quedam feuda, videlicet: feudum quod de le Viole dicitur et hortum qui dicitur de la Marina, de pertinentiis dicte civitatis Policastri; sita quidem feuda ipsa, videlicet dictum feudum de le Viole iuxta bona maioris ecclesie Policastrensis, iuxta territorium Rofrani et si quos habet <ve>riores confines; feudum vero quod dicitur Lorto de la Marina iuxta vias puplicas

Conte di Policastro dal 1465 (quando l'acquistò) fino a doo il 1471. Non è chiaro quando cedette il titolo al figlio. Una recente bibliografia è contenuta in Russo, *Petrucci Antonello*, ([https://www.treccani.it/enciclopedia/antonello-petrucci_\(Dizionario-Biografico\)/](https://www.treccani.it/enciclopedia/antonello-petrucci_(Dizionario-Biografico)/)) (ultima visualizzazione 28/02/2025)

a duabus partibus ac iuxta litus marit^{<im>}is, cum terris seu territoriis cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, montibus, planis, vallibus, pascuis, defensis, silvis, nemoribus, iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis aliis omnibus et quibuscumque ad dicta feuda et eorum alterum tam de iure quam de consuetudine spectantibus et pertinentiis quovismodo, sicut melius visum fuerit. Dicta feuda, cum iuribus ut supra, vendidit et alienavit dicto Ioanni pro unciis viginti septem pro se et eius heredibus et successoribus universalibus et particularibus in perpetuum. Et promisit dictus venditor dictam venditionem habere ratam, gratam et firmam nec ullo umquam tempore travenire, obligens se ad certam penam, suasque heredes et successores, bonaque omnia mobilia et stabilia, burgensatica et feudalia, seseque moventia, habita et habenda, ubicumque sita et posita et in quibuscumque consistentia ac etiam illa que sine speciali pacto obligari possunt, servato feudali servitio, sive censu vel adoha, dicte mee Policastrensia curie debendis, pro ut hec et alia in quodam puplico instrumento facto seu fieri rogato per manus Marini de Flore de Neapoli, notarii puplici omnibus sollempnitatibus roborato et mee curie originaliter presentato, ad quod me refero et hic pro inserto haberi volo, dato die quarto Maii

Datum Neapoli in domibus mee solite habitationis die
XIII xxx MCCCCLXXI Antonellus manu propria.